



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Monasterium S. Ioannis In Monte, apud Taruanam Morinorum vrbem, olim  
situm, nunc in vrbe Ipreensi, in Comitatu Flandriae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

pio sacrarum Virginum domicilium: quod quidem à Normannis vastatum monachi Benedicti Balduino Barbato comite Flandris imperante, sumtibus Hersendis pia ac diuitis matrona instaurarunt.

Monasterium S. IOANNIS IN MONTE,  
apud Taruanam Morinorum urbem, olim  
situm, nunc in vrbe Ipresi, in  
Comitatu Flan-  
driae.

**T**Heodericus Galliæ Rex in expiationem coëdis S. Leodegarij Episcopi Augustodunensis, anno Christi sexcentesimo octogesimo sexto, in monte, haud longè à muris urbis Morinensis seu Taruanensis sito, cœnobium istud in honorem S. Ioannis Baptistæ construxit. Destructum verò est à milite Caroli V. Imperatoris obsidionem parante, anno millésimo quingentesimo quinquagesimo tertio, vti & vrbs ipsa post deditiōnem funditus est excisa. Monachi autem postea in Flandriam venere, eiusque Balliolanam Sancti Antonij, ut vocant, Præceptoriam, seu monasterium, Philippus II. Hispaniarum Rex, & Belgarum Princeps, Pontifice Romano consentiente, adsignauit. At verò ob hostiles Ostendorum militum excursus, inde Ipras, anno mil-

An. 686.

An. 1553.

An. 1590.

lesimo

lesimo quingentesimo nonagesimo, sese re-  
ceperunt, ibique fixum ac perpetuum illis  
domicilium Albertus & Isabella Austriaci  
Belgarum Principes, annuerunt. Sicque B.  
Ioannis Taruanensis Abbatia, quæ olim Arte-  
siæ fuit, in posterum inter Flandriæ Abbatias  
numerari poterit. Hæc ab Huberto Dubraio,  
tunc & amico nostro, eiusdem cœnobij olim alu-  
mno, post Affligemensi Præposito, nuper defuncto,  
accepimus.

## S. VVINOCI

*Cœnوبium, intramuros Vuinocibergensis opidi,  
in Flandria.*

*s. VVInocu  
hoc in cœ-  
nobio qui-  
escit.*

**R**egnauit Clodoueus Rex annis duobus,  
cui successit Hildebertus frater eius.  
Hoc tempore Heremarus vir nobilis, villam  
suam VVormhoult dictam in Flandria, supra  
fluum Pena, beato tradidit Bertino. San-  
ctus vero Bertinus considerans viros Dei  
Vuinocum & tres fratres eius in Dei seruitio  
plus ceteris profecisse, eos illò misit mona-  
steriolum construere, conuentum congrega-  
re, Christique pauperibus hospitia præpara-  
re. Quibus Heremarus iam dictus villam  
suam VVormhoult, cum appenditijs eius,  
privilegijs sui assertione firmauit: quod sic  
incipit: Omnibus præsentibus & futuris, qui  
Christianâ censemur &c. Actum in Sithiu  
monasterio, Kalendis Nouembris, anno pri-  
mo Hildeberti Regis. Illi conuenticulo bea-

tus pa-

